

# INDEX LOCUPLETISSIMUS

Universi hujus Operis,

P. Paginam, n. numerum indicat.

## A

### Abbas.

**A**bbas unus unico monasterio praeficiendus, p. 164. & p. 173.  
 Abbates Episcopis subesse decere, p. 172. p. 152. & p. 163. n. 13.  
 Abbates etiam exempti aut nullius Diocesis neque Tonfuram, neque Minores Ordines, nisi subditis sibi monachis, neque dimissorias ad Ordines literas concedere possunt, p. 410. cap. X. vid. & cap. VIII. sess. 23. Conc. Trid.  
 Abbates & Monachi ad Principis praesentiam sine Episcopi sui permisso accedere prohibentur, p. 204. 205.  
 Ne Abbates quoruncumque Monasteriorum nisi intra Monasteriorum septa habitent, neque diu foris degant, p. 389. n. 21.

### Abbatissa.

Abbatissarum munus est, providere, ut omnes sorores in communi dormitorio decumbant, in habitu decenti incedant, & Horas canonicas rite persolvant, *ibid.* n. 20.  
 Abbatissa una ne pluribus monasteriis praeficiatur, *ibid.*

### Abolutio.

Abolutio in Sacramento Penitentiae, quamvis sit jurisdictionis actus, non exprimit essentialiter personam absolventis; neque illam prioribus Ecclesiae saeculis exprimebat, sed conferebatur per ritum orationis ad Deum. Neque nunc apud Graecos ritu Latinorum exprimitur nisi recenti memoria, idque ad Sacerdotis libitum, p. 122.

### Abstinencia.

Abstinencia a sanguine, a suffocato, & idololatriis, pag. 11. nu. 16.  
 Abstinencia hereticorum reprobata, p. 89. & seq.  
 Abstinencia jejuniarum Ecclesiae, p. 37. & 38.

### Acacius.

Acacius Constantinopolis Episcopus haereticus Eutychianus a Felice Papa III. agathemate damnatus, ipseque vicissim Felix Romanam inter & Constantinopolitanam Ecclesiam de Acacii nomine ex sacris Diptychis eradendo, p. 129. n. 24. & p. 168. n. 15.

### Adelfonsus.

Adelfonsus cognomine Magnus, Galliae Rex, ingenti Mauro-rum furo exercitu occisio iporum duce Alcaian, quum filium Garfiam tadio longioris vitae paternae rebellantem reprimere posset, ne tamen res Christiana civili bello infirmaretur, sicque infidelibus robur accresceret, maluit regnum sponte dimittere, continuatoque Saracenicis bello, idem ipse a filio Rege praefectus regis exercitibus, alias nobiles victorias de Mauris reportavit, p. 256. n. 12.

### Enhansense Concilium.

Enhansense in Anglia Concilium sub Joanne Papa XVI. & Ethelredo Angliae Rege, cui praesedit Episcopus Eboracensis anno 1010. p. 264. cujus can. 14. praescribitur, ut quando quis extra propriam parochiam sepelitur, solvatur Ecclesiae parochiali portio funebri.

### Africa.

Africa divisio, p. 32. & p. 116.  
 Africa Genfericus Vandalorum rex occupat, p. 130. n. 28.  
 Africa, Duce Belisario, Imperio Romano reintegratur, devicto & capto Gelimere ultimo Vandalorum Rege, p. 163. n. 18.

### Agape.

Agape Apostolicis temporibus instituta: Earumque usus intra Ecclesias. Primum celebrabantur divitum sumptibus, sed pauperibus simul cum illis convalescentibus: verum ingruentibus abufibus extra Ecclesiarum septa amandatae, & demum prorsus vetatae, p. 20.

### Agapetus.

Agapetus Papa Antimum Eutychianum Constantinopolis Patriarcham Episcopatu dimovit, cui Mennam Catholicum substituit, p. 168. n. 17.

### Agatha.

Agatha Virgo Catanensis & martyr sub Decio, p. 42. n. 12.

### Agobardus.

Agobardus Lugdunensis Episcopus, eo quod inique Ludovicum Pium in Conciliabulo Compendii deponisset Imperio, deponitur ipse Episcopatu in Concilio ad Theodonis-Villam, p. 228. n. 9. & seq.

### Alamundarus.

Alamundarus Saracenorum Rex abjectis idolis fidem orthodoxam suscipit, p. 167. n. 11.

### Alaricus.

Alaricus Gothorum Rex, qui suadente Stilicone Graeciam depopulatus fuerat, regressus in Italiam, compositaque cum Honorio Imperatore pace, dum protectionem parat in Hispanias, a Saule Duce gentili, cui Stilico partem exercitus cum mandatis dederat, contra praestitam fidem lacessitus, copias Saulis aggressoribus profligat, conversisque in Romanam victricibus armis, Urbem expugnat & diripit. Ipse vero Stilico proditoris artibus detectis, Heracliani quippe perimitur apud Ravennam jussu Honorii. Imperii quippe aditum Eucherio filio idololatrie aperiebat, qui Romae pariter cum Serena matre necatur, p. 126. n. 5.

Alarico vita functo successit Attraulphus. Hic Placidiam Imperatorum Arcadii & Honorii forem duxit uxorem: cujus precibus delinitus ab Italia recessit, & in Hispaniam concessit cum uxore & omnibus copiis, novum sibi regnum quaesiturus, p. 126. num. 6.

### Albigenses.

Albigenses haeretici, propugnantibus Raimundo Comite Tholosano, & Petro Aragonum Rege, Raimundi affine, sacrum contra se bellum exiverunt, cujus Dux summus fuit Montfortius Comes Simon, quem Albigenis exercitus supra centum millia bellatorum Murei in agro Tholosano inclusum obfedit, non amplius quam octingentis equitibus & mille pedibus instructum. At Simon cum suis omnes Confessionis & Eucharistiae Sacramentis praemunitus, praecunte cum Cruce S. Dominico, facta ex oppido eruptione, tam horribilem tot hostium stragem edidit, ut Aragonum Rex inter confertos suos dimicans occisus sit, Raimundus vero post suorum interfectionem vix fuga evaserit. Simon Montfortius, hac adepta victoria, munitissimas haereticorum urbes & arcus expugnavit, donec ipse obfidiione Tholosam premens, accepto de mœnibus vulnere interiret. Id bellum sub Regibus Philippo Augusto & Ludovico VIII. acriter gestum, tandem sub S. Ludovico IX. desinit, quum Raimundus suis omnibus exutus, haereticum Lutheri Parthorum, publicum obiens penitentiam, ejuravit, suamque filiam Alfonso S. Ludovici fratri cum dotali Comitatu Tholosano nuptu collocavit, p. 295. n. 7.

### Alboinus.

Alboinus Longobardorum Rex ab Eunucho Narsete accitus Italiam occupat, p. 195. n. 1.

### Albi & Nigri.

Alborum & Nigrorum factionibus Pistorii in Tuscia natis, conflitata demum universa Italia fuit, p. 332. n. 6.

### Alexandrina Concilia.

Alexandrina Concilia quatuor vivente Athanasio, primum sub Sylvestro Papa ab Alexandria Episcopo convocata; in quo Arius fuit haeresarcha declaratus, & excommunicatus, p. 110. Secundum, cui praesedit Osius Cordubensis, tanquam Legatus Sylvestri Papae Apostolicus, literis Constantini Augusti praemunitus. Cui assedit Alexander. Quo in Concilio Arius iterum damnatus est. Damnatus etiam Sabellii dogma Sanctam Trinitatem impugnantis. Colluctus etiam Sacerdos, qui munia Episcopalia usurpabat, fuit in ordinem redactus. Sed schismaticus iste Ario se adiunxit, multaque turbas excitavit. Tertio Alexandrino Concilio praesedit ipse Athanasius ab exilio redux, postquam Julianus Apostata mortuo Constantio exules (in quibus erat Athanasius) pristinis sedibus restituit. Hac in Synodo Ariani ad hunc usque unitatem regressi cum pristinis gradibus & Ordinibus admissi sunt studio colligendi dispersas oves in caulam Domini gregis. Itaque decretum Liberius Pontifex ratum habuit. Ibidem pariter damnata fuit Macedonii & Eunomii haeresis divinitatem abrogans Spiritui sancto. Ibidem quoque retenta voce non solum toti Trinitati communi approbatum fuit, ad exprimendas trium personarum distinctiones, ut fideles non perperam vocibus uterentur. Ibi etiam damnata est Apollinaris Laodicensis Episcopi haeresis rationalem animam Christo abrogans, ut ejus vice Verbum Divinum fungeretur. Quartam demum Alexandrinae Synodum Athanasius coegit, postquam Jovinianus Augustus ab ipso expetuit, ut sibi fidei formulam, quam sequeretur, contexeret, *ibid.* & seq.

### Alienatio, Alienari.

Alienatio rerum Ecclesiae prohibetur, nisi sub certis conditionibus & solemnitatibus, p. 162. 163.

### Alienora.

Alienora Guilielmi Aquitaniae Ducis filia Ludovico VII. dicto juniori Franciae Regi nupsit, cujus adulteriorum ille peritus, post compertum affinitatis impedimentum, ab ea divortium fecit. Ita vero dotalis habens peramplos patris ditio-nes Aquitaniam & Picavos, Henrico secundo nupsit Angliae Regi, Normanniae Duci & Andegavorum Comiti: unde ma-

gae vires accesserunt Anglis fatales funestaeque Francorum genti, p. 279. n. 20.

### Amalarius.

Amalarius Sabaudiae Dux, in Schismate vocatus Felix, apud Nicolaum V. Eugenii IV. successorem praetense Pontificatu se abdicat, ejusque se potestati subjicit, conciliante Carolo VII. Francorum Rege, qui licet studio instaurandae collapsae Ecclesiae disciplinae Pragmaticam sanctionem in regnum introduxisset, semper tamen & aperte reproboverat Eugenii depositionem, & Amalarii electionem. Nicolaus Amalarium creat Cardinalem, primumque in eo amplissimo Ordine locum tenere jubet, & constituit eundem in omni temporali ipsius dominatu Legatum perpetuum, p. 352. n. 37.

### Amalafuntha.

Amalafuntha Teodorici Ostrogothorum Regis unica legitimis ex nuptiis filia, virtutibus cunctis ornatissima femina, ab ingratisimo Teodoro, quem Regem ipsa constituerat, trans Vulsinum lacum transportata in carcere occiditur, p. 168. n. 15.

### Ambrosius.

Ambrosius Mediolanensis Episcopus Theodosium Augustum ab Ecclesiae limine arceat ob Theodosianum caedem, p. 62. nu. 37.

### Ammonius.

Ammonius Philosophiae in Schola Alexandrina Professor Christianus Plotinum discipulum habuit, p. 44. n. 31.

### Anastasius.

Anastasius Imperator haereses omnes fovet, solamque sub haeresis nomine persequitur Ecclesiam, p. 167. n. 13. & 14. Et post innumeras plorum caedes & exilia salmine icus perit, *ibid.* n. 14.

### Angelus.

Angelos colere relicta Dei Ecclesia prohibitum est, p. 107.

### Angli, Anglia.

Angli ex Germania in auxilio a Britannis adversus Scotos & Pictos acciti universam Britanniam subjugant, p. 130. 131. nu. 30.

Angliam Dani pluries invaserunt. In primis Boerredo pulso Mercuriorum Rege insulam occuparunt anno 874. Postmodum anno 1011. Dani omni hostilitate Angliam vexant. Qua de causa Rex Anglus Ethelredus ex Anglosaxonum prosapia ortus, secreta mandata in omnes regni partes transmisit, ut Dani omnes furtivo & inopinato impetu trucidarent: sicque Anglia tantisper a tyrannide respiravit. Sed anno 1016. mortuo Ethelredo, communi Anglorum consilio vocatur in regnum Canutus Daniae Rex Suenonis Regis Dani filius, a quo Angliam occupante fuerat Ethelredus ipse regno pulsus, & in Normanniam secesserat cum uxore Emma, duobusque filiis Alfredo & Eduardo, ad uxoris suae fratrem Ricardum Normanniae Ducem, anno 1013. Ricardi suppetis, mortuo jam Suenone, Angliam recuperat Ethelredus. Qui tamen subinde a Casuto Dano superatus moritur anno 1016. Et sublato aemulo Canuto pacifice possidet Anglicanum regnum. At mortuo in Anglia Canuto, regnum Alfredo Ethelredi primogenito deseruit. Moxque vita functo Alfredo, vocatur in regnum frater natus posterior Eduardus, fretus potissimum Goduini Anglorum Optimatis potestate, cuius filiam Editam ceperat uxorem, sed servata in matrimonio virginitate, nullam reliquere prolem. Verum Eduardus beneficii memor ab avunculo Ricardo accepti, filium ejus Guilielmum ex concubina relicto vivens designat regni sui successorem. Haraldus tamen Edicæ frater Goduini filius statim ab Eduardi obitu Angliam occupat. Guilielmus tamen transiit Oceanum cum valido exercitu Haraldum opprimere, qui strenue dimicans in ipso confictu moritur. Quo ex tempore, Normannorum progenies longa successione in Anglia regnavit p. 261. n. 16.  
 Anglicanae procellae ab schismate & haeresi per Regem Henricum & illegitimum ejus filium Elizabetham, p. 379. n. 16.

### Antiochenum Concilium.

Antiochenum Concilium, in quo plures interfuere orthodoxi, & cum his minor Arianorum numerus, scilicet triginta sex, a quibus damnatus fuit Athanasius, eique successus, Gregorius Cappadox, excepto isto decreto receptum est ab universa Ecclesia, primum quidem in Concilio Chalcedonensi, deinde ab insequentibus Ecclesiae Conciliis, ut inductione singulorum ejus canonum probat Emmanuel Schelestrates, quamvis non defuere Scriptores doctissimi, a quibus istud absolute damnatum fuit, p. 89.  
 Acta Synodi alterius Antiochenae in encensis seu Medicationis die festo Templi splendidissime a Constantino Magno constructa, quod Constantius abolverat, reprobavit Ecclesia, p. 94. nu. 20.

### Antifiodorensis Concilium.

Antifiodorensis Concilium tantummodo Dioecesanum fuit, cui praesedit Anacharius loci Episcopus, qui subscriptus legitur in Concilio Parisiensi IV. & in Matifonensi II. Est autem Antifiodorum urbs in Burgundionibus. Praeter institutum nostrum istud huc eo adduximus propter singulares aliquot ejus Canones. Antifiodorum vulgo dicitur *Auxerre*, p. 192.  
 Can. 10. Prohibet duas uno die in uno altari celebrari Missas, praesertim ubi Episcopus jam ibi eo die celebravit, *ibid.*  
 Can. 12. Ne mortuus Eucharistia vel osculum detur, neque velo vel pallis corpora involvantur, *ibid.*  
 Can. 18. Vetat quemquam extra Paschae solemnia baptizari, nisi urgeat mortis periculum, *ibid.*  
 Cabassarii, *Historia Ecclesiastica.*

Can. 22. Relictae Presbyteri Diaconi vel Subdiaconi verat eo mortuo alteri nubere. Quae prohibitio cum fiat in Concilio Bracarenfi III. can. 29. & in Matifonensi II. can. 6. asserendum est more receptum fuisse, ut in eorum ordinatione voto perpetuae continentiae illa se abstinerent, *ibid.*  
 Can. 36. Non licere mulieri nuda manu Eucharistiam sumere, *ibid.*

Can. 42. Ut mulier accedens ad Eucharistiam suam habeat dominicalem, scilicet mundum lineum, quo Christi Corpus excipiat. Si non habuerit, differat communionem in alterum diem Dominicum, *ibid.*

Antonini Pii innocens & pacificum imperium, p. 13. n. 8.

Apocrifarii quinquam dicti, p. 70. n. 1.

Apollinaris.

Apollinaris Laodiceae dogma rationalem animam Christo abrogans, cujus vicem Verbum Dei suppleat, damnatum in primis sine ipsius nomine ab Alexandrina Synodo, cui praesedit Athanasius, p. 110. n. 4. Deinde a Romana Synodo sub Damaso Pontifice. Deinde in Synodo Constantinopolitana sub eodem Damaso, p. 112. n. 5.

Apollonius Senator Apologiam pro Christianis a se scriptam in Senatu legit, & capitali judicio moritur, p. 14. n. 16. & p. 44. n. 31.

Apostoli.

Apostoli replentur Spiritu Sancto, p. 1. Mathiam in Apostolatam eligunt loco Judae, *ibid.* Fidei in commune symbolum componunt, antequam dispergantur in gentes, p. 2. n. 9. Eorundem tria Hierosolymis habita Concilia, p. 9. & seqq. Apostolorum nomine inscripti Canones probantur supposititii, p. 5. n. 3.

Apostolorum Concilia.

Apostolorum habita tria Hierosolymis Concilia. Quorum priore electus & confirmatus est Mathias in Apostolatam Judae traditoris. Secundo electi fuerunt septem Diaconi. Tertio stabilita est libertas a legalibus observationibus, paucis exceptis, ab idololatriis, a sanguine & suffocato, p. 9. & seqq.

Appellatio.

Appellatio non conceditur ab interlocutoria Ordinarii sententia, nisi tale sit gravamen, ut nequeat per ejusdem Ordinarii definitivum iudicium reparari. Eiusmodi censetur interdictio. A qua si appellatur, Judex eidem appellationi deferre tenetur, & processum ad iudicem superiorem transmittit. Sed interim appellans carcere detinetur. Talis enim appellatio effectus non est suspensivus, sed solum devolutivus: alioquin enim posset reus pendente appellatione fugam capeffere. Concil. Trid. sess. 13.

Appellatio quoque a legitima correctione non admittitur, nisi modus excedatur, 235. 236. n. 5.

Appellationes ab abusu Gallicanae nisi ad incompetentes iudices deferrentur, plerumque in visceribus causae iustitia nitentur. Quemadmodum ex adverso Praelatorum iustam auctoritatem labefactant, redduntque audaces perverfos Clericos, & ad scandalosa procliviores ac incorrigibiles, p. 236. n. 6. De non admittendis frivolis appellationibus decretum Concilii Basileensis, p. 365. n. 15.

Apriarii Sacerdotis.

Apriarii Sacerdotis causa & appellatio & calumniae adversus Urbanum Episcopum Siccensem exemplo sunt, p. 140. n. 3.

Aquarum-Sextiarum.

Aquarum-Sextiarum antiqua in Romano Imperio, & in Ecclesia praerogativa, prout Metropolis est secundae Narbonensis Provinciae, p. 134. n. 4.

Aquifextiensis Concilium I.

Aquis-Sextiis quatuor diversis temporibus celebratae fuerunt Synodi Provinciales, quarum certa extant monumenta, 313. Primum quidem anni 1112. quod ex antiquis tabularibus eruit in lucem V. C. Scholasticus Pitonus, cui praesedit Petrus Archiepiscopus Aquisensis confedentibus suis suffraganeis, aliisque Praelatis, a quibus editi sunt canones quatuor. Quorum primus constituit, ut quarta pars proventus Ecclesiasticorum Metropolitanarum Ecclesiarum ad ornatum illius, & victum Clericorum eidem ministrantium contributorum & assignetur, p. 235.

Can. 2. Decernitur, ne ullus Presbyter aut Clericus Ecclesiam regendam suscipiat, nisi de consensu Archiepiscopi vel Archidiaconi, *ibid.*

Can. 3. Constituit, ne quisquam Clericus alterius Episcopatus ordinetur aut recipiatur in Aquisensi Ecclesia absque licentia proprii Episcopi, *ibid.*

Can. 4. Ut Clericus in solvenda praedicta quarta inobediens post tertiam admonitionem suspendatur ab officio, & si perstiterit in contumacia, prorsus deponatur, ejusque Ecclesia divinis interdicatorum officii, *ibid.* & seqq.

Habitu istud Concilium fuit in aede B. M. Virginis Deiparae, quae etiam nunc vocatur de Sede, quia olim illic fuit Episcopalis sedes.

Aquifextiensis Concilium II.

Aquifextiensis Concilium II. initum fuit ann. 1306. Praeside Rotigno Archiepiscopo, assidentibus Suffraganeis Gaufrido Vapingensi, Jacobo Sitaricensi & Petro Regiensis Episcopis, hac de causa ut Ecclesia Metropolitana Christo Salvatori

toni dedita, cum reparacione plurimum indigeret, iuvaretur elemosinis Ecclesiarum provincie, propofitis quadraginta dierum indulgentiis cunctis fidelibus, qui ad novam fabricam contribuerint. Hec plenus habentur in archivo Archiepiscopali cum subscriptionibus & sigillis Antistritum, p. 284.

**Aquilejense Concilium III.** Provinciale Alexander Caniglanus Archiepiscopus Aquensis coegit anno 1587. Praesul meritisissimus, qui sua in Metropoli Scholas Ecclesiasticas, & Clericorum Seminarium erexit: quod insequentium temporum neglectu dissipatum Eminentiſſimus Cardinalis & Archiepiscopus Hieronymus Grimaldus noctis diebus instauravit, novisque aedificiis & proventibus ditavit, p. 438.

Synodus ista Tit. de Baptismo prohibet, ne quis Sacerdos extra necessitatis casum ad cufusvis Magnatis domum ad baptizandum accedat, neve alia necessitas hic intelligatur, nisi quum vita infantis periclitatur. Et ne susceptores admittantur nisi qui Sacramentum Confirmationis acceperint, neque Clerici beneficio provisi, neque minorum annis quatuordecim. Eadem precipitur observatio in Confirmatione, *ibid.*

Tit. de Eucharistia. Cavetur, ne nocte ad agros deferatur, nisi moris periculum instet, *ibid.*

Tit. de celebratione Missae. Ne quis Sacerdos ad Sacrificium celebrandum admittatur, nisi exhibita eisdem anni scriptura, *ibid.*

Tit. de Matrimonio. Ne Parochi liberos matrimonio iungant invitatis parentibus. Neque ignotos homines aut vagos, nisi praemissa diligenti perquisitione & obtemperata Episcopi venia. Item ne aliena Parochia sponsam vel sponsum iungant nisi ab alieno Parocho testimonium acceperint, quod etiam fidem faciat de factis denuntiacionibus in aliena Parochia, 439. 440.

Tit. de Ordinis Sacramento. Ab Ordinatione arceantur omnes canonicis impedimentis ireriti. Si quis aliquo impedimento illigatus sit etiam occulto, illud Episcopo patefaciat ante Ordinum collationem, *ibid.*

Qui aliquem Ordinem suscepit, certe alligetur Ecclesiae, in qua functiones obear sibi ab Episcopo praescriptas. Quicumque ad majores Ordines promoveri volunt, mente integro ante statum ordinationis diem ad Episcopum conveniant, cui nomina, & si qua habent beneficia, scripto consignent, locum item domicilii & patrimonii titulum, vel pensionem, vel sponsonem & cautionem, & Ordinem quem petunt, scriptis exhibeant, cum debitis attestacionibus ad Secretarium Episcopalem deferant. Episcopus autem Parochiis illorum id negotii committat, ut publice propofitis in Ecclesia promovendorum nominibus de illorum moribus aliisque jam praemissis a fide dignis gravioribus illius pagi viris iuramento obstrictis diligenter inquirent, & de his omnibus accurate literis obfignatis ad Episcopum rescribant, *ibid.*

Si Episcopus aegritudine vel alio iusto impedimento ab Ordinis conferendis vetatur, non aliter quam modo supra dicto subditos suos examinatos & approbatos ad alium Episcopum ordinandos dimittat, habitis prius omnibus ab eis attestacionibus, ut supra, p. 440.

Tit. de Capitulis. Capitula ne fiant mane, sed tantum post vesperarum praesertim Officium, ne divina Officia perturbentur, & ne canonici a divinis Officiis abesse cogantur: nisi forte urgens & evidens necessitas inegerit. Si quis instrumenta fundationum, bonorum, reddituum, & privilegiorum, ad Episcopatum aut Capitulum, aut ad aliquam dignitatem, aut praebendam, aut capellaniam, vel etiam ad quancunque Ecclesiam & Monasterium spectantium apud se celaverit, nec intra spatium trium mensium a die publicationis huius Synodi restituerit Episcopo, vel Capitulo, vel ipsarum Ecclesiarum aut monasteriorum Praepofitis, maneat per hanc Synodum ipso facto excommunicatus: nec ab Episcopo absolvatur, donec iuramento asseraverit omnia esse a se restituta. Ac praesens decretum volumus quorannis tum in Synodis Dioecesanis, & Capitulis generalibus, tum saepius per annum a Parochiis inter Missarum solemnias publicari 440. Vide Concilii Aghathensis can. 26. p. 162.

Tit. de Beneficiis. Conficiatur liber, isque in omni Episcopali archivio asservetur: In quo libro omnium Dioecesanorum beneficiorum eufusvis generis, tum vacationis certa dies, modus ratioque describatur, tum collationes ac provisiones, quaecunque illae sint, a summo Pontifice, vel ab Illustrissimo Legato, vel ab Episcopo, vel ab alio quovis factae, literarum ac diplomatum exempla, vel sententiae summatum explicitae, prout potius Episcopus censuerit, in eundem referantur. Idem servetur de singulari literis Ordinum singularum Clericorum Dioecesis, *ibid.*

Quicumque de aliquo beneficio etiam per literas Apostolicas fuerit provifus, teneatur intra tres menses a die adeptae possessionis inventarium omnium bonorum, & iurium & onerum illius beneficii Episcopo exhibere. Si inobedientia constitit, puniantur ab Episcopo arbitrariis penis, seu per censuras Ecclesiasticas, seu per retentionem fructuum, aut alia iuris remedia, *ibid.*

**Aquilejense Concilium IV.** Quartum prodit Aqueſe Concilium Paulo Huralto Hospitali Aquarum-Sextiarum Archiepiscopo, praesentibus suffraganeis Praesulibus Forojulienſi, Rejenſi, & Silaricenfis, quo damnatus prohibitorius est venum exponi, legi & teneri anonymi eufusvis liber inscripſus de Ecclesiastica & politica potestate anno 1612. Quo eodem anno aliud Provinciale Concilium Partii coactum est, cui praesedit praecellens illud ingenii doctrinaeque tydus Jacobus Perronius, S. R. E. Cardinalis, cum nondum esset Episcopus Parisiensis a Metropoli antiqua sejunctus Ecclesiae Senonensis, cuius tunc erat Perronius Ar-

chiepiscopus: quo Provinciali Concilio idem liber pari censura & prohibitione proſcripſus fuit.

**Aquila.** Aquila Ponticus ex gentili Chelidius cum genethliacorum observationibus ultra modum addictus esset, neque admonitus desisteret, ideoque communione fidelium excisus, in odium Ecclesiae Christi literas Hebraicas perdidit, & circumcisus, ut Graecorum interpretum 70. versionem labefactaret, qua utebatur Ecclesia, alteram edidit mala fide interpretationem Graecam, qua veteres Prophetias de Christo & Ecclesia alienos in sensus conabatur detorque, p. 13. n. 12.

**Aquilejense Concilium.** Aquilejensis Synodus sub Pontifice Damaso, cui praesedit Valerianus Aquilejense Antistes, eique assedit Ambrosius Mediolanensis alique Occidentis Episcopi, a quibus haereticis Ariana iterum proſcripta fuit, p. 112.

Aquilejense Concilium alterum post excisam ab Attila Hunnorum Rege Aquilejam in urbe Provinciae Carnorum Urino, ad quam fuerat translatus Aquilejensis Patriarchatus, celebratum fuit anno 1596. tempore Clementis Pontificis VIII. Historiam originis & translationis huius Patriarchatus, vide p. 443. Ejus canones de Monialium reformatione sunt *ibid.*

**Aquigranense.** Aquigranense Concilium sub Ludovico Pio, Caroli Magni filio. Est vero Aquigranum civitas in Ducatu Juliacensi, quam olim ab Attila delectam Carolus Magnus splendide instauravit, in qua idem sepelitus voluit, thetmis, & calidis aquis insignis. Concilium istud anni 816. multa edidit capitula duobus libris comprehensa, quorum prior canones 150. complectitur de disciplina & moribus fidelium. Secundus partim de institutione Monialium, partim miscellanea tradit de rebus Ecclesiasticis.

Anno inſequenti 817. convenere Abbates & insigniores Monachi apud Aquigranum coram Ludovico Pio, qui eo conventu liberales concessiones praedecessorum suorum erga Romanam Ecclesiam confirmat & amplificat. Deinde eodem die suo Patribus suis concessio electionem confirmandi Romani Pontificis, & generalia Capitula promulgat de regularium disciplina, p. 241.

**Araucanum Concilium I.**

Araucanum primum Concilium Araucenae civitatis Cavarum sub Leone Papa primo celebratum, quae est inferioris Provinciae Viennensis subiecta Arelatenſi Metropoli decurrente anno 441. p. 145.

Ejus can. 1. Statuit, ut haeretici, qui in vite discrimine constituti, ad fidem Catholicam convertuntur, absente Episcopo a Presbyteris cum chrisimate & benedictione consignentur, *ibid.*

Can. 2. Nullus Clericus, qui baptizandi habet officium, sine chrisimate unquam progrediatur, *ibid.*

Can. 3. De penitentibus in discrimine mortis reconciliandis, absque solemnibus impositione absente Episcopo *ibid.*

Can. 4. Penitentiam desiderantibus Clericis concedendam, *ibid.*

Can. 5. Ut confugientes in Ecclesiam rei immunitate loci gaudeant, p. 146.

Can. 11. Ne quis Episcopus ab alio excommunicatum suscipiat, *ibid.*

Can. 12. Subito obmutescens baptizari, & penitentiam accipere potest, si confiter prius de voluntate vel ex praesentium relatione, vel ex ipsius nutu ac signo, *ibid.*

Can. 13. An & quomodo Sacramenta sint amantibus conferenda, *ibid.*

Can. 17. De communicandis energumens, *ibid.*

Can. 21. De energumorum irregularitate, *ibid.*

Can. 22. Legem continentiae Diaconis & Presbyteris praefigit, *ibid.*

Can. 25. Bigamos declarat irregulares a sacris Ordinibus & Ministeriis, *ibid.*

Can. 26. Diaconisfarum institutum abolet, *ibid.*

Can. 27. De feminis viduitatem professis coram Episcopo *ibid.*

Can. 29. Ne Concilia solvantur nisi in dicto Concilii loco anno sequente celebrandi. p. 147.

**Araucanum Concilium II.**

Araucanum Concilium II. anni 529. cui praesedit Caesarius Arelatenſis sub Summo Pontifice Felice IV. approbatum a Bonifacio secundo Felice successore. In eo conelamatum est contra Semipelagianos, quorum erant coryphaei Faustus Rejenſis Episcopus, Gennadius Presbyter Massiliensis, Cassianus Vincentius, dicentes, hominem propriae infirmitati relicto posse propriis precibus gratiam Dei ad se evocare, p. 174.

Can. 3. Si quis ad humanam invocationem gratiam Dei dicit conferri, non autem gratiam ipsam facere ut invocetur a nobis, contradicit Ista Prophetae vel Apostolo dicenti: Inventus sum a non querentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant, *ibid.*

Can. 4. Si quis ut a peccato purgemur, voluntatem nostram Deum expectare concedit, non autem etiam ut purgari velimus per Spiritum sancti infusionem & operationem in nos fieri conſuetur, resistit Spiritui sancto per Salomonem dicenti: Praeparatur voluntas a Domino; & Apostolo salubriter praedicanti: Deus est qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate, *ibid.*

Can. 6. Si quis sine gratia Dei volentibus, credentibus & conan-

conantibus misericordiam Dei nobis conferri dicit, non autem ut credamus, velimus, vel haec omnia sicut oportet fieri, agere valeamus per infusionem & inspirationem Spiritus Sancti in nobis fieri conſuetur, aut humilitati ac obedientiae humanae subijcitur gratia adiutorium, nec ut obedientes aut humiles simus, ipsius gratia donum esse contendit, resistit Apostolo dicenti: Quid habes, quod non acceperis? Et gratia Dei sum id, quod sum, p. 177.

Can. 7. Si quis per naturae vigorem aliquid bonum ad salutem pertinetis aeternae vite cogitare, ut expedit, aut Evangelicae doctrinae consentire posse confirmat, absque illuminatione Spiritus sancti, qui dat omnibus suavitatem in consensiendo & credendo veritati, haeretico fallitur spiritu, Dei vocem, in Evangelio dicentis: Sine me nihil potestis facere, non intelligens, & illud Apostoli: Non quod idonei sumus cogitare aliquid a nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, *ibid.*

Can. 12. Tales nos Deus amat, quales futuri sumus ipsius dono, non quales sumus nostro merito, *ibid.*

Can. 14. Nullus miser de quacunque miseria liberatur, nisi per Dei misericordiam praevenerit, sicut Psalmista ait: Misericordia ejus praevenerit me. Et: Cito anticipant nos misericordiae tuae Domine, *ibid.*

Can. 16. Fortitudinem gentium mundana cupiditas facit, fortitudinem Christianorum Dei caritas facit, quae diffusa est in cordibus nostris non per voluntatis arbitrium, sed per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, nullis meritis praeveneritibus, *ibid.*

Can. 18. Debetur merces bonis operibus, si fiant, sed gratia, quae non debetur, praecedit, ut fiat, *ibid.*

Can. 19. Natura humana est in illa integritate, in qua condita est, permaneret, nullo modo Creatore suo non adjuvante, seipsum servaret, unde cum sine gratia Dei saltem non possit custodire, quod accepit, quomodo sine gratia Dei poterit reparare quod perdidit? *ibid.*

Can. 20. Multa in homine bona sunt, quae non facit homo, nulla autem facit homo, quae Deus non praestet, ut faciat homo, *ibid.*

Can. 22. Nemo de suo habet nisi peccatum & mendacium, *ibid.*

Can. 25. Aliquis divina potestate ad malum praedestinos esse non solum non credimus, sed etiam si sint, qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione illis anathema dicimus, p. 176.

In fine adducitur, & exponitur Joannis Damasceni divisio gratiae in antecedentem & consequentem. Prima est, qua Deus vult omnes homines etiam spectatos post lapsum Adami salvos fieri, ad quam etiam reducitur omnium vocatio ad salutem aeternam, & Christi redemptio pro cunctis & singulis hominibus & pro peccatis, ut loquitur Joannes Apostolus epist. 1. cap. 2. totius mundi: & 2. Cor. 5. Pro omnibus mortuus est Christus: Hae redemptio & vocatio Dei non pro singulis efficacis: *Multis enim sine vocati, pauci vero electi*, Matth. 20. vers. 16. Et potest quidem esse gratia efficacis in multis, sed non usque ad finem, quemadmodum contingit in multis iustificatis, sed non perseverantibus usque ad vite finem, pro quibus mortuus est Christus. Ad haec adducitur Augustini locus de praedest. Sancti. cap. 16.

**Arbitrium.** Arbitrium hominis liberum nihil potest agere boni sine gratiae adiutorio, p. 138. & seqq. p. 397.

**Archidiaconus.** Archidiaconus & Decanus cura impositur circa tonsuram Clericorum, & decantiam vestitus eorum a Concilio Londinensi anno 1286. can. 5. p. 321. & ab Agathensi can. 20. ut quamvis invitos tondent, p. 160.

**Archiepiscopus.** Archiepiscopi nomen anterioribus saeculis non nisi Patriarchis attributum. Deinde exarchis quibus multa subdebantur Provincia; successu vero temporum Metropolitanis singularum Provinciarum attributum, postmodum giscente in Ecclesias Orientis ambitione per imperialia rescripta, titulus hic cum aliqua praecedentiae praerogativa, quibusdam unius civitatis Episcopis pretio vel aulicis obsequiis indubiebat, pag. 70. num. 11.

Archiepiscopus per quavis loca suae Provinciae iter faciens potest erectam crucem ante se deferri facere, populis suae Provinciae benedicere, Missam in Pontificalibus celebrare, aut facere coram se celebrari, sed non in Pontificalibus, pag. 340. num. 16.

Archiepiscopi Tridentinum Concilium admittunt potestatem visitandi suffraganeorum Episcoporum Ecclesias propter rixas & jurgia, quae hac occasione oriebantur, & ne Ecclesiae procuracionibus & expensis graventur, sess. 24. cap. 3. p. 410. num. 70.

Archiepiscoporum singulare privilegium versatur in auctoritate & usu pallii, quo uti debent in solemnioribus Pontificalibus, p. 192.

Archiepiscopi & Suffraganei sese mutuo adjuvare debent, p. 330. num. 3.

Archiepiscopi tres Imperii Germanici Electores, Moguntinensis, Coloniensis & Treverensis, p. 391. n. 1.

**Arelatenſe Concilium.** Arelatenſis primi Concilii primordia in causa Donatistarum & Caeilianis Carthagenſis Episcopi p. 65. Ejus praerogativa quia indictum a Sylvestro Papa. Item quia procuratum a Constantino Augusto, qui eidem praesens fuit. 3. Quia Episcopi *Chabassusii, Norſis Ecclesiastica.*

Gallicani, Itali, Britanni, Hiberni, Scoti, Siculi, Africani, eo confluxere. 4. Quia ibi interfuerunt Legati Apostolici Claudianus & Vitus Presbyteri, Eugenius & Cyriacus Diaconi. Quapropter Augustinus lib. 2. de Baptismo cap. 9. & epist. 92. vocat plenarium & universale, atque universae Ecclesiae Concilium, p. 65. 66.

Can. Arelatenſis I. Ut ubique uno eodemque die Pascha celebraretur, p. 66.

Can. 2. Ut Clerici in ipsis, in quibus ordinati sunt Ecclesiis, perseverarent, & si alio se transferant, deponantur, *ibid.*

Can. 5. De theatricis ut excommunicentur, *ibid.*

Can. 7. De Magistratibus in Provincias missis, ut jurisdictioni Episcoporum, qui in iis locis sunt, subijciantur in spiritualibus, p. 67.

Can. 8. De Afris ad Ecclesiam venientibus non rebaptizandis, *ibid.*

Can. 9. Ut exclusus confessorum literis solae communicacione admittantur, *ibid.*

Can. 12. Ut puellae fideles, quae gentilibus nubunt, penitentiam agant, *ibid.*

Can. 13. De illorum penis, qui sacras Scripturas, Ecclesiae vasa vel nomina fratrum Magistratibus ethnicis tradiderint, vel detulerint. Et ut eis, quos ordinant, non obſt ejusmodi Ordinario, *ibid.*

**Arelatenſe Concilium II.** Arelatenſe Concilium II. p. 155. In quo instaurantur plerique canones antiquiorum Conciliorum.

**Arelatenſe Concilium III.** Arelatenſe Concilium III. anni 455. huic praesedit Ravennensis Episcopus Arelatae in causa orti dididii inter Theodorum Episcopum Forojulienſem & Faustum Abbatem Lerinenſem. Statutum ibi fuit, ne Monachi Lerinenſes ab alio Episcopo quam a Forojulienſi ordinarentur, nec aliter quam cum consensu Abbatis, & de iuribus Episcopi & Abbatis, p. 156.

**Arelatenſe Concilium IV.** Arelatenſe Concilium IV. sub Carolo Magno, anni 813. p. 235.

Can. 3. Ignorantia Sacerdotibus evitanda, *ibid.*

Can. 6. De vita & disciplina Clericorum & Monachorum, exemptionum a potestate Episcopali gravia incommoda, *ibid.*

Can. 7. De Clauſura & Ecclesiis seu Oratoriis Monialium: p. 236.

Can. 8. Ne ultra Monasteriorum facultates Monachi & Moniales recipiantur, *ibid.*

Can. 17. Ut Episcopi semel unoquoque anno suam dioecesim visitent, & pauperum oppressores corrigant, & contumaces potentiores Regi deferant corripandos, *ibid.*

Can. 18. De sacro Chrismate custodiendo sub sigillo, *ibid.*

Can. 19. De institutione liberorum a parentibus & patrinis in fide Catholica, *ibid.*

Can. 22. Ne placita publica & saecularia in Ecclesiis, aut ipsarum atris fiant, *ibid.*

Can. 25. Ut Ecclesiae reparantur ab earum Rectoribus & Beneficiariis, *ibid.*

**Ariminenſe Concilium.** Ariminenſe Concilium anno 359. celebratum sub Liberio Rom. Pont. & Constantino Imperatore Ariano. In hoc inflitit Ariani pro recipienda secunda sua seclae formula in Concilio-bulo Sirmienſi proſula. Ex adverso Episcopi Orthodoxi Nicenae fidei Symbolum propugnabant postulant, ut a cunctis recipiatur, & Arianos declararunt haereticos. Utraque pars Legatos ad Constantium mittit, Sed Ariani citacione cursu Orthodoxos praevenerunt & benigne audiuntur, Legati orthodoxi non audiuntur, nisi postquam Arianae formulae subſcripserunt. Sed reversi ad Synodum communione fidelium excluduntur, sed plures Ariatorum fraudibus & astutia pervertuntur, non tamen respiciunt. Synodica epistola obſervatu digna, p. 102. & 103.

Ariminenſis Concilii ob Ariatorum fraudes & tyrannidem infaustus exitus, p. 103.

**Arioli.** Arioli, Aruspices, Magicis artibus additi, phylacteria & amuleta conficientes damnantur Eliberritano can. 5. Vide ibi annotata p. 50. Laodiceus can. 36. p. 108. Agathensis can. 68. p. 164. adde can. 12. Concilii Romani I. sub Gregorio II.

**Aristides.** Aristides Atheniensis, & Quadrati Atheniensium Episcopi, Justiniani, Melitonis, Athenagorae pro Christianis Apologiae, p. 14. num. 16.

**Arius, Ariani.** Arii Alexandrini haeresiarum, simulque Niceni Concilii historia, p. 58. n. 11. & 12. & p. 67. & seqq.

Arianorum flagitiorum & calumniarum, superſtite Constantino Magno, historiae, p. 85. Eorundem historiae & imposturae sub Constantino, p. 87. & seqq.

**Armentarius.** Armentarius, qui se Episcopum Ebrodunensem ordinari curaverat, excidit ambito Episcopatu per decretum Regis Concilii, retento tamen caractere, ut ejus valerent ordinaciones, p. 144.

Vide Regienſis Concilium, *ibid.*

**Arnaldus Brixianus.** Arnaldus Brixianus, Abzardi discipulus, tumultus & seditiones Romae conicit, ut omnem civilem potestatem & jurisdictionem